Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

E ante Q

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

einander geſchlaffen hat.] Vnde emanavit proverbium: Vltra Epimenedis ſomnum dormiſti, ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην κεκοίμηκας. In eos dictum qui perpetuum agunt otium. Lucianus in Timone. ¶ Epimenidium corium, Ἐπιμενίδειον δέρμα. De re repoſita, miraculiq; loco ſervata. Hic idem Athenienſib. peſtilentia laborantibus dixit civitatem purgari, expiariq; oportere. Itaq; quum rogatus eò veniſſet, juſſit oves albas atq; nigras apud Areopagum immolari. Revertens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam renuit. Meminit hujus Plato in primo & tertio de Legibus.

Epīmētheūs, per quatuor ſyllabas, Ἐπιμηθεύς. A Poëtis Iapeti filius fuiſſe fertur, & frater Promethei, qui ingenio valẽs, hominis ſtatuam primus ex luto finxit: qua re indignatus Iupiter eum vertit in ſimiam, atq; in inſulas Pithecuſas relegavit. Hic pater fuit Pyrrhæ uxoris Deucalionis, quæ ab illo Epimethis dicitur. Ovid. Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet, &c. Vide infrà de Prometheo, Pandora, & Pithecuſis inſulis.

Ēpīphănēs, ἐπιφανής, Cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ urbem condidit, quæ etiam à cognomine ejus Epiphania appellata eſt. Dictus Epiphanes, quaſi illuſtris, à rerum geſtarum claritate.

Epiphania, ἐπιφάνεια, Vrbs Syriæ juxta Raphaneas, in confinio Aradi, ubi natus eſt Euphrates Stoicus: altera Ciliciæ: tertia Bithyniæ: quarta juxta Tigrim. Vocata eſt etiam Arceſicerta, utpote ab Arceſio condita, Steph.

Epipolę, ἐπιπολαὶ, regiũcula prærupta, juxta Syracuſas, Steph. Vide EVRYALVS, & LABDALON.

Epipoli, ἐπίπολοι, Vide EVRYALVS.

Ēpīrus, pen. prod. [ἤπειρος. Germ. Ein Landtſchafft in Griechenland / heißt jetzt *Cimera*, oder *Albania*.] Regio eſt Græciæ, in qua olim Pyrrhus regnavit: hæc primùm Moloſſia dicta eſt, & à Chaone Heleni fratre Chaonia: nunc verò *Albania* vocatur. Quondã urbibus, populisq; fuit frequentiſſima, ſed à Romanis ſubacta, quum ſæpiùs deficeret, penè in ſolitudinem redacta eſt. De ea multa Strabo lib. 8. Ovid. 8. Metamor. Miſit apros quanto majores herbida tauros Non habet Epirus, &c. Terminatur Epirus à Septentrione Macedonia: ab Oriente, Achaia: ab Occidente, Ionio mari. In ea ſunt civitates Nicopolis, & Ambracia.

Ēpīrōtă, ἠπειρώτης, Qui eſt ex Epiro. Liv. li. 2. Decad. 5: Martius & Attilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quum aſcenderent, conſilio Epirotarum habito, cum magno omnium aſſenſu auditi ſunt.

Ēpīrōtĭcŭs, a, um, ἠπειρωτικός. Cic. Att. lib. 12: Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt fortaſſe alteræ promeridianæ, niſi te Epiroticæ literæ impediant, quas ego non interpello. Epirotici boves, qui ex Epiro ſunt. Var. 2. de Re ruſt. ca. 5: Tranſmarini Epirotici nõ ſolùm meliores totius Græciæ, ſed etiam Italiæ. Epirotica mala, ἠπειρωτικὰ μῆλα, dicuntur, quæ in Epiro Græciæ regione naſcuntur: à noſtris dicuntur *orbiculata*, à figura orbis in rotunditatem circumacti.

Ēpīstrŏphŭs, Ἐπίστροφος, Nobilis fuit Phocenſis, Iphiti Naubolidæ filius, qui una cum fratre Schedio Phocẽſibus præfuit in bello Trojano. Autor Homerus in Catalogo navium.

Epitalium, Ἐπιτάλιον, Vrbs Tryphaliæ, Steph.

Epithetias, civitas in ſinu Arabico, aliàs Arſime dicta, ut ſuprà indicatum eſt.

Epii, populi ſunt, qui Elidenſes poſtea dicti ſunt, auth. Torrellio. Vide EPEI.

Ēpĭzĕphўrĭī, Ἐπιζεφύριοι, Populi in extrema ora Italiæ, quæ olim magna Græcia dicta eſtã Locris, qui Criſſæum accolũt ſinum, originem trahẽtes. Dicti Epizephyrii, quòd ſupra Zephyrium promontorium inhabitarent. Vide Strab. lib. 6.

Ēpŏpē, es, pen. corr. Ἐπωπή, Stephano. Corinthiorum arx, quæ & Acrocorinthus dicitur. Epope dicta, à verbo Græco ἐποπτεύειν, quod eſt inſpicere. Illinc enim fertur Siſyphus Iovem conſpexiſſe Aeginam rapientem.

Ēpŏrēdĭă, Ἐπορεδία, Ptolemæo, Salaſſiorum oppidum in Gallia trãſpadana: olim ex Sibyllinorũ librorũ oraculo à Romanis conditum, & ab Eporedicis (eo nomine Galli præſtãtes equorum domitores ſua lingua appellabãt) nominatũ, ut non obſcurè innuit Plin. lib. 3. cap. 17. & Dom. Mar. Nig. lib. 7.

Epuia, Ἐπουία, Vrbs quæ nunc *Ambracia* dicitur priùs Paralia, Steph.

Ēpŭlō, Virgil. 12. Aen. Archetium Mneſtheus, Epulonem obtruncat Achates.

Epy, nomen urbis, Scribendum eſt Aepy, ut ſuprà.

Ēpўlŭs, Ovid. Faſt. 4: Propius eſt titulis Epylus alba tuis.

E ante Q.

Equeſtris, Colonia, Galliæ Belgicæ oppidum eſt, apud Plin. lib. 4. cap. 17.

Equitius, nomen viri proprium, & cognomẽ familiæ Romanæ ab equo deductum.

Equicolus, Virg. 9. Aen. Cõtinuo Quercens & pulcher Equicolus armis.

E ante R.

Ērăphĭōtēs, Ἐραφιώτης, Bacchus dictus eſt, ab incendenda contentione: quoniam vinum, iram, atq; certamen inducit. ἔρις enim contentio: φαίνειν oſtendere.

Ērăsīnŭs, penul. prod. Ἐρασῖνος, Fluvius eſt ex Stymphalide Arcadiæ lacu profluẽs, qui deinde terra occultatus in agro Argivo denuò erumpit, & in ſinũ Argolicum illabitur. ¶ Eſt & alius ejuſdem nominis, juxta Buræ ruinas, in ſinum Corinthiũ illabens. ¶ Item alius in Eubœa inſula, juxta Eretriam urbem. Ruſſus alius in Attica juxta Brauronem. Autor Strabo lib. 8.

Eraſiſtratus, Ἐρασίστρατος, Nomen medici eximii, ex Ariſtotelis familia nati: in quem non rarò invehitur Galenus. Hujus etiam frequens eſt mentio apud Plinium.

Ērătē, tes, pen. corr. Ἐρατή, Nympha Oceani & Tethyos filia ἀπὸ τοῦ ἔρωτος: hoc eſt, ab amore nomen habens.

Ērătō, pen. corr. Ἐρατώ, Vna Muſarũ, ab amore dicta, quæ præeſt his qui amoris face rapiuntur. Virg. li. 7: Nunc age, qui reges Erato, quæ tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit ſtatus.

Ērătosthĕnēs, penul. corr. Ἐρατοσθένης, Cyrenæus, Ariſtonis Chii, & Callimachi poetæ diſcipulus, Plato minor à quibuſdã ob doctrinam vocitatus: præfuit bibliothecæ regiæ coſmographus inſignis, qui primus univerſum totius orbis circuitũ ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadiorum eſſe prodidit: unde & orbis terrarum menſor appellatus eſt. Scripſit præter philoſophicas hiſtorias, aſtronomica, deſcõis dialogos, & poëmata quædam, autore Suida. Obiit anno ætatis octogeſimo primo, quem annum maximum climactericũ & humanæ vitæ periculoſiſſimum veteres crediderant. Eſt enim numerus quadratus cõſtans ex novem novenariis. Eodem etiam ætatis anno deceſſit Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus.

Ērbēſſŭs, Ἔρβησσος, Vrbs, Steph.

Ērcīnĭă ſylva, Vide HERCINIA.

Ērcĭŭs Iupiter, Vide HERCIVS.

Erebidæ, Ἐρεβίδαι, pars Lotophagorum, Steph.

Ērĕbŭs, pen. corr. Ἔρεβος, Fluvius inferorum. Virg. 6. Aeneid. –magnos Erebi tranavimus amnes. ¶ Quandoq; pro obſcuriſſima inferorum parte: ut, Imas Erebi deſcẽdit ad umbras. Varro ex Erebo natam Noctem ait. Vnde & illud, Erebo creata fuſcis crinibus Nox te invoco. Hæc Feſtus. ¶ Alii natum Noctem Erebi uxorem fuiſſe: ex quibus eſt Cic. de Natu. deorum: Amor (*inquit*) dolus, metus, ſenectus, labor, invidentia, fatum, mors, tenebræ, miſeria, querela, gratia, fraus, pertinacia, parcæ, heſperides, ſomnia: quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt. ¶ Frequentiſſimè autem Erebus pro ipſa inferorum ſede accipitur. Vnde etiam Proſerpina ab Ovid. lib. 5. Metam. Regina Erebi vocatur.

Ērechthēŭs, Ἐρεχθεύς, Athenienſium rex fuit, cujus filiæ mortem pro patria cõtempſerunt. Cic. pro Seſtio: Mortem quam etiam virgines Athenis regis (opinor) Erechthei filiæ pro patria contempſiſſe dicũtur, ego vir Conſularis tantis rebus geſtis timerem?

Ērĕchthĭă, Ἐρεχθία, vicus Atticæ in Aegide tribu, ab Erechtheo, qui Cererem hoſpitio ſuſcepit.

Ērembī, Ἐρεμβοί, Populi in Arabia, qui prærupta ſaxa nudi inhabitant: Autor Strabo lib. 16.

Ērēmē, Ἐρήμη, nomen inſulæ, Steph.

Ereſichthon. Vide ERISICHTHON.

Ērĕſŭs, Ἔρεσος, Vrbs in Lesbo, Theophraſti Ereſii patria, ab Ereſo Macaris filio dicta, Steph.

Ērĕtrĭă, pen. cor. Ἐρέτρια, Oppidum eſt Eubœæ inſulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ uſu præſtantiſſima, quam ab ea Eretriam vocant. Ejus Dioſcorides duas facit ſpecies: unam vehementer albam: alteram ad cineris colorem vergentem. Plin. etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat lib. 35. cap. 6. Hujus urbis meminit & Homerus 2. Iliad. in Catal. navium.

Ērētum, pen. prod. Ἠρητόν, Oppidulum eſt Sabinorũ, non procul à Tyberi, in colle ſitum, quem etiam veteres montem Eretrum vocaverunt: hodie Italorum vulgus corrupto vocabulo *Montem rotundum* vocat. Ejus meminit Virgil. lib. 7: Eretimaque omnis, oliviferæq; Mutuſcæ.

Erevatis, Ἐρευάτις, Vrbs Libyæ, à Revaſte & Eleuthera, Steph.

Ereuthalion, Ἐρευθαλίων, Viri proprium, quem Neſtor interemit, dixitq; cùm miraculo corporis, tùm excellentia armorũ præcipuum in bello Pyliorum & Arcadum fuiſſe.

Ērgaſtērĭă, orum, ἐργαστήρια. Vicus inſignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringẽtis & quadraginta ſtadiis à Pergamo diſtans, metallorum fodinis nobilis, à quibus & nomen accepit. Celebratur hic vicus à Galeno lib. 9. Simplicium medicamentorum.

Ergaſylus, nomen proprium viri, Torrellio.

Ergavica